



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De discordia inter Eusebium Cæsariensem episcopum & Basilium
magnum, et quòd hinc fiduciam sumentes Ariani, Cæsariensium ecclesiã
adorti, profligantur. Capvt XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

De discordia inter Eusebium Casariensem episcopum & Basilium magnum, et quòd hinc fiduciam sumentes Ariani, Casariensium ecclesiã adorti, profligantur. CAPVT XV.

Valens autem, relicta Nicomedia, iter Antiochiã versus cepit. Quo quidem in itinere cum ad Cappadociam peruenisset, orthodoxos pro more suo gravibus afficere incommodis, & ecclesias eorum Arianis tradere laboravit. Quod se facile ex sententia perfecturum propterea sperabat, quòd inter Basilium & Eusebium, qui tum Casareensem gubernabat ecclesiam, ex dissensione quadam suscepta erant inimicitia. Quam etiam ob causam Basilium in Pontum secesserat, & ibi cum monachis sanctam & severam viuendi disciplinam excolentibus vnã vivebat. Populus autem, & maximè hi, qui & animi magnitudine præ cæteris & sapientia excelebant, cœperunt Eusebium suspectum habere, & velut causam, cur Basilium, vir ob piã vitam, & eloquẽtiam singularem ab omnibus pleno ore laudatus, inde fugerit, penitus deserere, & conuentus separatim agere constituerunt. At Basilium non alia de causa in monasteriis Ponti vitæ quietæ se dederat, quã uti ecclesia, quæ cæteroqui rebellione Arianorũ grauius exagitabatur, etiã sua causa aliquid damni acciperet. Itaque Basilii absentia, & odiũ populi aduersus Eusebiũ cõceptũ esse, ut imperator, & episcopi, quos circa se habebat (semper enim versabatur cũ eo Ariani) multò maiore animorũ alacritate cõata perficere aggredierentur. Verũ res ipsis parũ successit ex sententiã. Nam Basilium, eorũ in Cappadociã aduentu nũtiato, relicto Ponto, sua sponte venit Casaream, reditque in gratiam cũ Eusebio, atque opportuno tempore sua doctrina ecclesiæ subsidio fuit. Valens igitur conatu depulsus, vnã cum episcopis inde re tum infecta decessit.

f. conata

Valens imperator Basilium magnum in suam opinionem inducere nititur, sed frustra.

CAPVT XVI.

At po-